

Lehrwerk Statio für Latein III

– Lektionstexte

Hinweise: Die Lektionstexte sind in Schriftgröße 14 (Abstand 20 Pkt) gehalten. Sie finden die reinen Lektionstexte auf den folgenden Seiten in unbearbeiteter Form, teilweise auch in markierter oder strukturierter Form (Lektionen 1 und 2, 19 und 20). Da die Bücher oft nicht Eigentum der Schülerinnen und Schüler sind, können die Texte auf diese Weise ausgedruckt, graphisch markiert und vorerschlossen werden. Auf Seite 5 finden Sie eine Druckvorlage für die Erschließung einfacher Sätze im Anfangsunterricht.

Wer im Unterricht mit dem PC arbeitet, kann die Schülerinnen und Schüler die Texte nach einer festen Markierungsmethode präparieren und vorerschließen lassen. In der Regel lässt sich dies aber schneller mit dem Bleistift erledigen. Beispiele für markierte Texte finden sich auch im Textband (S. 250), im Lösungsheft zum Übungsheft (S. 35-40) und im Lehrerkommentar (S. 229).

Bei der **Textmarkierung** (als Hilfe zur Vorerschließung) können z. B. folgende Aspekte wichtig sein [Merkhilfe: als Fünf-Schritt-Methode an den Fingern einer Hand abzählen]:

- 1) Unterstreichen von **Subjekt** und **Prädikat** (eventuell im HS doppelt, im GS einfach).
- 2) Abtrennen von **Wortblöcken** durch einen senkrechten Strich (Wortblöcke ergeben sich aus zwei oder mehr zusammenhängenden Wörtern, z. B. ein präpositionaler Block oder ein Attribut mit seinem Bezugswort). [Stehen Attribut und Bezugswort getrennt, so lassen sie sich statt dessen durch Unterschlängeln oder durch Bezugspfeile markieren.]
- 3) Umkreisen aller **Bindewörter**,
 - a) **Konjunktionen** (vor allem *et* und *-que*, dabei das *-que* durch Pfeil nach links vor das Wort setzen, an das es angehängt ist),
 - b) **Einleitungswörter** von Gliedsätzen (Subjunktionen, Relativpronomina, Fragewörter).
- 4) Ausklammern von **Gliedsätzen** (durch runde Klammern).
- 5) Hervorhebung **nominaler Verbformen** durch Unterschlängeln. Bei den adjektivischen Formen (Partizipien und Gerundivum) sollte jeweils auch das Bezugswort mit unterschlängelt werden, beim Acl jeweils Akkusativ und Infinitiv. – Ein **Abl. abs.** kann durch eckige Klammern als eigenständige Aussage abgetrennt werden.

Als wichtigste **Grundregeln** für die Satzerschließung gelten:

1. Jeder **Satz** enthält Subjekt und Prädikat (Hauptsätze ebenso wie Gliedsätze). Dabei kann das Subjekt im Personzeichen des Prädikates mit enthalten sein („verstecktes Subjekt“ oder aus dem vorherigen Satz „weitergeführtes Subjekt“).
2. Ein **Numeruswechsel** des Prädikates ist immer auch mit einem Subjektswechsel verbunden.
3. **Gliedsätze** erkennt man im Lateinischen daran, dass sie eingeleitet sind, und zwar:
 - **subjunktionale** GS'e durch eine Subjunktion (temporal, kausal, final, modal, adversativ),
 - **relative** GS'e durch ein Relativpronomen (*qui, quae, quod*),
 - **indirekte Fragesätze** durch ein Fragewort (*cur, quando, ubi ..*) oder ein Fragepronomen (substantivisch: *quis, quid*; adjektivisch: *qui, quae, quod*).
4. **Konjunktionen** *verbinden* entweder gleiche Satzteile (z. B. zwei Substantive oder zwei Objekte) oder zwei Sätze (mit jeweils eigenem Prädikat als Satzaussage).
5. **Kommata** *trennen* entweder gleiche Satzteile (Aufzählung) oder zwei Sätze.

Lektion 1

a) Einstiegstext

Marcus et Tullia thermas frequentant. Tullia aquam amat et amicam exspectat. Ubi est amica? Gaudet, nam ibi est amica. Itaque etiam Marcus gaudet. Marcus et Tullia rident. Et amica ridet. Ubi sunt amici?

Amici in aquam saltant et diu ibi natant; nam otium amant. Quis non amat otium? Tulliam et Marcum iuvat in aquam saltare et ibi diu manere; iuvat etiam iacere. Aqua placet et ludi placent. Itaque thermae amicos valde delectant, thermae gaudia parant; ibi esse gaudium est.

b) Lektionstext

Mane Marcus et Tullia ad thermas ambulant. Gaius et Livia comites sunt. Amicos delectare student; templa, theatra, fora monstrant. Marcus et Tullia vident et saepe stupent; Gaius et Livia amicos et amicas salutant. Mox cuncti thermas intrant. Ibi gaudia cunctos diu delectant; nam placet natare, saltare, iacere, ludos spectare, animos recreare. Cuncti otium amant. Gaius modo in aquam saltare parat. Subito Livia clamat: „Ecce, ibi est consul C. Papirius!“ Itaque Gaius cessat, non bene saltat, sed de scalis praecipitat et se valde vulnerat. Livia clamat: „Ubi est medicus? Quis Gaium curat?“ Statim medicus advolat et Gaium bene curat. Servi dominum lectica ad villam portant. Livia maeret. Marcus et Tullia non iam rident, non iam gaudent. Non iam iuvat ibi esse, thermae non iam placent.

Lektion 1

a) Einstiegstext (Subjekt und Prädikat unterstrichen, Infinitive unterschlängelt)

Marcus et Tullia thermas frequentant. Tullia aquam amat et amicam exspectat. Ubi est amica? Gaudet, nam ibi est amica. Itaque etiam Marcus gaudet. Marcus et Tullia rident. Et amica ridet. Ubi sunt amici?

Amici in aquam saltant et diu ibi natant; nam otium amant. Quis non amat otium? Tulliam et Marcum iuvat in aquam saltare et ibi diu manere; iuvat etiam iacere. Aqua placet et ludi placent. Itaque thermae amicos valde delectant, thermae gaudia parant; ibi esse gaudium est.

a) Einstiegstext (S+P unterstr., Infinitive unterschl., Wortblöcke abgetrennt)

Marcus et Tullia | thermas frequentant. Tullia | aquam amat | et | amicam exspectat. Ubi est | amica? Gaudet, nam | ibi est | amica. Itaque | etiam Marcus | gaudet. Marcus et Tullia rident. Et amica | ridet. Ubi sunt | amici?

Amici | in aquam | saltant et | diu ibi | natant; nam | otium amant. Quis | non amat | otium? Tulliam et Marcum | iuvat | in aquam | saltare et | ibi diu | manere; iuvat etiam iacere. Aqua placet et | ludi placent. Itaque | thermae | amicos | valde delectant, thermae | gaudia parant; ibi esse | gaudium est.

a) Einstiegstext (S+P, Infinitive, Wortblöcke, Einleitungswörter fett markiert)

Marcus et Tullia | thermas frequentant. Tullia | aquam amat | **et** | amicam exspectat. **Ubi** est | amica? Gaudet, **nam** | ibi est | amica. **Itaque** | etiam Marcus | gaudet. **Marcus et Tullia** rident. Et amica | ridet. **Ubi sunt** | amici?

Amici | in aquam | saltant **et** | diu ibi | natant; **nam** | otium amant. Quis | non amat | otium? **Tulliam et Marcum** | iuvat | in aquam | saltare **et** | ibi diu | manere; iuvat etiam iacere. Aqua placet et | ludi placent. **Itaque** | thermae | amicos | valde delectant, thermae | gaudia parant; ibi esse | gaudium est.

Lektion 1 (nach Satzteilen geordnet)

Einleitung	Subjekt	Ergänzungen der Prädikatsaussage	Prädikat
Mane	Marcus et Tullia Gaius et Livia	ad thermas	ambulant. comites sunt.
	Marcus et Tullia	Amicos delectare templa, theatra, fora	student; monstrant.
		Gaius et Livia	saepe amicos et amicas
	Mox Ibi nam	cuncti gaudia	thermas cunctos diu
Subito „Ecce,	Cuncti Gaius Livia	natare, saltare, iacere, ludos spectare, animos recreare.	
		otium modo in aquam saltare	amant. parat.
	consul C. Papirius!“	ibi	clamat: est
Itaque sed	Gaius	non bene de scalis se valde	cessat, saltat, praecipitat et vulnerat.
„Ubi	Livia		clamat: est
Statim	medicus? Quis medicus	Gaium	curat?“ advolat et curat.
	Servi Livia	Gaium bene dominum lectica ad villam	portant. maeret.
	Marcus et Tullia	non iam non iam Non iam	rident, gaudent. iuvat
	ibi esse, thermae	non iam	placent.

Lektion 2

a) Einstiegstext

Gaius Liviam appellat: „Livia, ego aegroto et doleo, tu, Livia, vales. Tu domina villae es, tibi servi et servae parent. Sed ego dominus sum. Cur mihi non adestis? – O di, quid ego sustineo? Fatum me cruciat. Sed dei mihi auxilium dant. Deis semper gratiam habeo.“ – Livia: „Te amamus, Gai. Tu dominus es, certe tibi adsumus!“ Statim servos et servas appellat: „Cenam paramus. Quid cessatis? Vos servi estis. Nonne nobis, domino et dominae, parere debetis? Num vobis licet cessare? Vos, servae, uvas parare debetis, vos, servi, vinum.“ – Tum Galla: „Servi familiae sumus, nos non iuvat miseriam domini videre. Certe tibi adsum. Nonne fatum servorum et servarum est dominis adesse? Sed vinum non video. Ubi vinum est? Estne in cella?“

b) Lektionstext

Mane Gaius clamat: „Ubi es, Livia? Quid curas? Tu cantas et rides, ego hīc iaceo et doleo. Non iam sustineo. Mihi adesse debes.“ – Livia advolat: „Ego cenam curo. Hodie enim, ut non ignoras, amicis, Marco et Tulliae, cenam parare studemus. Etiam Sextum et Flaviam, Aulum et Claudiam invitamus.“

Sed Gaius se dominum praebet et clamat: „O di, ubi estis? Cur me non adiuvatis? Nonne me amatis? Num auxilium deorum abest? Aesculapium appello! Quantopere dolores brachii et cruris me cruciant! Quis mihi adest?“

Livia: „Medicus iterum tibi auxilium dare debet.“ Gallam servam appellat: „Te iubeo medicum adhibere.“ Galla, optima servarum, dominae paret. Statim ad villam medici properat. Mox Galenus medicus apparet et rogat: „Ut vales, Gai?“ – Gaius: „Valde doleo, Galene!“ – Medicus: „Quae miseria! Sed nos cuncti sumus servi fati.“ Tum brachium et crus curat. Etiam medicinam domino praebet. „Ecce“, inquit, „et donum tibi apporto. Statua parva Aesculapii, dei medicorum, est. Certe vobis placet et vos delectat. Gaudesne, Gai?“ Gaius stupet et paulum ridet. Medicus domum properat.

Lektion 2

a) Einstiegstext (S+P, Infinitive, |Wortblöcke|, **Einleitungswörter** fett markiert)

Gaius Liviam appellat: „Livia, ego | aegroto et doleo, tu, Livia, vales. Tu | domina villae es, tibi | servi et servae | parent. **Sed** ego | dominus sum. **Cur** mihi | non adestis? – O di, **quid** ego sustineo? Fatum me cruciat. **Sed** dei | mihi | auxilium dant. Deis | semper | gratiam habeo.“ – Livia: „Te amamus, Gai. Tu | dominus es, certe | tibi | adsumus!“ Statim | servos et servas | appellat: „Cenam paramus. **Quid** cessatis? Vos | servi estis. **Nonne** nobis, domino **et** dominae, parere debetis? **Num** | vobis | licet cessare? Vos, servae, uvas parare | debetis, vos, servi, vinum.“ – Tum Galla: „Servi familiae | sumus, nos | non iuvat | miseriam domini | videre. Certe | tibi | adsum. **Nonne** | fatum | servorum et servarum | est | dominis adesse? **Sed** | vinum | non video. **Ubi** | vinum est? Estne | in cella?“

b) Lektionstext (alle Endungen und Präfixe durch Querstriche abgetrennt)

Mane Gai|us clama|t: „Ubi e|s, Livi|a? Quid cura|s? Tu canta|s et ride|s, ego hīc iace|o et dole|o. Non iam sustine|o. Mihi ad|es|se debe|s.“ – Livi|a ad|vola|t: „Ego cen|am cur|o. Hodie enim, ut non ignora|s, amic|is, Marc|o et Tulli|ae, cen|am para|re stude|mus. Etiam Sext|um et Flavi|am, Aul|um et Claudi|am in|vita|mus.“

Sed Gai|us se domin|um praebe|t et clama|t: „O di, ubi es|tis? Cur me non ad|juva|tis? Nonne me ama|tis? Num auxili|um de|orum ab|es|t? Aesculapi|um appell|o! Quantopere dolor|es brachi|i et crur|is me crucia|nt! Quis mihi ad|es|t?“

Livi|a: „Medic|us iterum tibi auxili|um da|re debe|t.“ Gall|am serv|am ap|pella|t: „Te iube|o medic|um ad|hibe|re.“ Galla, optim|a serv|arum, domin|ae pare|t. Statim ad vill|am medic|i propera|t. Mox Galen|us medic|us ap|pare|t et roga|t: „Ut vale|s, Gai?“ – Gai|us: „Valde dole|o, Galen|e!“ – Medic|us: „Qu|ae miseri|a! Sed nos cunct|i su|mus serv|i fat|i.“ Tum brachi|um et crus cura|t. Etiam medicin|am domin|o praebe|t. „Ecce“, inqui|t, „et don|um tibi ap|port|o. Statu|a parv|a Aesculapi|i, de|i medic|orum, es|t. Certe vobis place|t et vos delecta|t. Gaude|s|ne, Gai?“ Gai|us stupe|t et paulum ride|t. Medic|us domum propera|t.

Lektion 3

a) Einstiegstext

Marcus iacet et dormit, sed convivae familiae iam veniunt. Tullia amicum excitat: „Marce“, inquit, „me iuvat convivas videre et audire. Sentisne etiam tu gaudium, quod Romae nobis licet cenae interesse et cum amicis cenare?“ Puer: „Nescio. Valde maereo, quod Gaius aegrotat.“

Tullia: „Quamquam dominus non valet, servi et servae cenam parant. Audi! Audisne Liviam?“ Livia imperat: „Servi, mihi adeste! Ornate triclinium, servite bene. Portate copiam ciborum et vinorum! Et tu, Barbara, audi verba dominae et stude!“ – Tullia cogitat, tum: „Es bono animo, Marce! Scio: Dei Gaio adsunt.“

b) Lektionstext

Hora cenae adest. Gaius adhuc dormit. Iam Atticus venit. „Salve, Attice! Ut vales?“ Livia rogat. „Bene.“ Atticus respondet. Tum Sextus et Flavia adveniunt. „Salvete, amici! Iubeo vos salvare. Sed scitisne miseriam Gaii? Non valet. Valde dolet. Nunc dormit.“ In atrio stant et disputant. Tum Livia Gallae servae imperat: „Propera! Aperi portam triclinii!“ Cuncti intrant, mox feminae et viri in lectulis accubant. Etiam Marcus et Tullia apparent. Livia servis: „Vos, servi, semper agros bene curatis. Nunc autem ministrare cibos!“ Servi dominae libenter parent; nam domina studium servorum non ignorat. Copiam ciborum ferculis portant. Etiam Gaium ferculo apportant. Dominus enim, quamquam aegrotat, cenae interesse studet. Iam ad mensam accubat. Tum Livia: „Nunc videte et audite spectaculum puerorum et virorum!“ Viri et pueri cantant et saltant. Gaius autem, dum cenat, poculum vini potat, quod dolores sentit, tum alterum et alterum poculum potat. Sed aquam vitat. Subito e ferculo salit et clamat: „Et ego salto! Et ego canto!“ Convivae stupent et rident.

Lektion 4

a) Einstiegstext

Gaius, quod diu stare non potest, silentio in peristylio sedet; cum amicis in Circum Maximum non venit. Itaque magis magisque dolet. Livia cum Marco et Tullia apparet. Gaius: „Ave, Livia! Quam miser sum! Vos laeti e villa properare et magnam pompam deorum, equos pulchros, laetitiam populi, victoriam virorum spectare potestis; sine dubio fortuna vobis favet! Circus autem viris, feminis, liberis placet.“

Livia tacet, nam videt: Miseria dolores Gai auget. Tum: „Mi Gai“, inquit, „vita tua nunc quidem misera est, tibi bene non est, sed in Circo periculis non vacas, quod aegrotas. Mane in villa! De factis, quae nos ibi oculis videmus, postea tibi narrare possumus. Vale, Gai!“

b) Lektionstext

Populus mane in Circum Maximum properat. In Circo iam magna copia virorum, feminarum, liberorum adest. Cuncti clamant, rident, magno cum gaudio spectaculum exspectant. Etiam Livia cum Marco et Tullia laeta intrat. Marcum Tulliamque laetitia tenet. Sedere non possunt; stant et spectant. Subito tuba sonat. Iam imperator Traianus apparet. „Ave, Caesar!“ populus imperatorem salutatur. Cuncti tacent et verba Traiani audiunt. Nunc pompa venit. Livia: „Ecce simulacra deorum! Ibi est Iuppiter, summus deorum, ibi Iuno, regina dearum!“ – „Et quis ibi apparet?“ Marcus rogat. – Livia: „Num deam nescis? Est Venus, dea Romae sacra.“ – Tullia: „Venus sine dubio dea valde pulchra est. Certe nulla dea Veneri par esse potest.“

Tum octo quadrigae apparent. Imperator signum dat. Statim aurigae equos e portis incitant. Quanta audacia de victoria certant! Quanto studio populus ardet! Quam vehementer equi saeviunt! Magis magisque augent celeritatem – et periculum. Subito equi sextae quadrigae via aberrant et auriga de vehiculo praecipitat. Populus toto Circo clamat et saevit.

Mox victoria explorata est. Alii maesti miserique sunt, quod auriga, cui gratiam praebent, non superat; alii laeti sunt, quod auriga, cui favent, victoriam reportat. Marcus et Tullia adhuc stant et stupent. Marcus: „Non potes habere, quae fortuna negat.“ – Tum Livia: „Quando Roma“, inquit, „periculis vacat? Vita Romana animos semper factis novis excitat!“

Lektion 5

a) Einstiegstext

Romani neque de Germanis neque de Gallis multa sciebant. Galli, ut Caesar narrat, non unus populus, sed multae gentes saevae erant. Eae olim semper inter se saeve bellabant, quod agros et oppida sua libere habere studebant. Itaque numquam tuti esse poterant. Apud Gallos Druides, viri docti et sancti, plurimum valebant; ei saepe pueros docebant. Libros autem non bonos, sed malos putabant. Fas enim appellabant scientiam non litteris, sed memoriae mandare.

Galli deos adorabant et eorum gratiam sacrificiis conciliabant. Eis etiam viros nefarios sacrificabant. Gallia certe terra barbarorum erat, instituta eius sine dubio fera erant. Tamen Galli a Germanis plane dissentiebant.

b) Lektionstext

Marcus narrat: „Olim Germani semper bellare studebant; otium et desidiam negabant, quod in bello tantum gloriam parare poterant. Si eis domi bellare non licebat, in alia Germaniae loca emigrabant, ubi magnis pugnis animos suos bene exercere poterant. Germani neque alios populos timebant neque eis serviebant. Eis maxima gloria erat circum se longe lateque agros vastare et ubique solitudines habere; victis veniam non dabant. Cogitabant enim: ‚Si finitimi procul a nobis sunt, liberi et tuti in domiciliis habitare possumus.‘ Hospites autem violare iniuriam putabant. Eos enim sacros habebant, domicilia eis semper patebant.“

Tum *Tullia* narrat: „Oppida apud Germanos, ut scio, pauca erant. Silvas enim sacras putabant, eas violare iniuriam habebant. Viros tam nefarios e populo exturbabant, etiam deis sacrificabant. Viri et feminae, puellae et pueri in fluviis nudi se lavabant et natabant et ...“ Tum *Quintus*, unus ex hospitibus urbanis, interpellat: „Natantne“, inquit, „etiam hodie Germani nudi in fluviis? O di boni! Quam nefarium institutum!“

Lektion 6

a) Einstiegstext

„Colosseum est maxima arena Romae clarumque aedificium. Titus Flavius Vespasianus et Titus, filius eius, id aedificaverunt. Itaque plurimi Romani id Amphitheatrum Flavium nominaverunt. Post decem annos populus primum ludis interesse potuit. Imperatores ibi pugnas gladiatorum et pugnas venationis dederunt itaque laetitiam turbae augere temptaverunt. Quis aedificium praeclarum non laudavit? Ego quoque iam saepe eo properavi et valde me iuvat ibi ludis interfuisse atque pugnas vidisse. Antea aedificium tam immensum et altum nondum fuerat, sed Romani in parvis tantum amphitheatris sederant, spectaverant, maeruerant, riserant. Non frustra igitur imperatores Colosseum aedificaverunt.“

b) Lektionstext

„Amphitheatrum intravimus, ubi iam magna copia Romanorum aderat. Mox imperator signum pugnae dedit. Gladiatores in arenam venerunt clamaveruntque: ‚Ave, Caesar, morituri te saluant.‘ Plurimi vehementer atque saeve inter se pugnaverunt. Plerumque robusti viri adversarios superaverunt et necaverunt. Miseriam virorum sensimus. Tum bestiae ferae viros miseros dilaceraverunt et devoraverunt. Inter eos servus fuit; is animo valde anxio leonem immensum exspectavit. Leo in servum maximo clamore incuravit, subito autem ante eum cessavit et viro se placidum praebuit. Ambo se salutaverunt. Imperator, dum ea videt, stupebat. Statim servum ad se venire iussit et causam eius facti rogavit. Mox cunctos fere iuvabat eam causam audire. Androclus servus olim, quod dominus eius malus erat, fugae se mandaverat et in loca deserta Africae venerat, ubi in spelunca dormiebat. Ibi leo apparuerat. Is, quod valde dolebat, Androclo pedem aegrum cruentumque auxilii causa monstraverat. Is pedem curaverat et sanaverat. Itaque leo eum non necaverat, sed quasi ex animo amabat. Mox Androclus Romam navigaverat. Leonem autem venatores captaverant et Romam portaverant. Hodie igitur in arena ambo iterum se spectaverunt et leo amico suo sic postremo gratiam habuit.“

Lektion 7

a) Einstiegstext

„Quid aliud Romae visere oportet, Gai?“ Tullia rogat. „Certe Forum Romanum!“, dicit Gaius. „Ibi enim aedificia praeclara sita sunt. Quod Forum, ut saepe dico, umbilicus Romae et imperii Romani est, cuncti id petunt et colunt. Eo vadere debetis. Ibi Curia est: In ea olim senatores de bello et de pace statuerunt. Adhuc etiam rostra cernere potestis, ubi Cicero, vir summa eloquentia praeditus, olim causas egit et verba dixit. Nemo eum consilio et eloquentia vicit. Is autem nemini verbis suis pepercit, ne Caesarem quidem, quem senatores nefarii et infesti occiderunt. Profecto! Eo descendere debetis. Proinde mox Forum petemus. Tum vobiscum veniam, vos ducam vobisque cuncta narrabo. Stupebitis, si eum locum cernetis. Certe de Foro, si iterum in provincia eritis, multis incolis narrare poteritis.“

b) Lektionstext

Livia: „Placetne etiam tibi, Gai, nobiscum eo vadere?“ Gaius: „Ego vobiscum vadam, etiamsi doleo. Vitam tam miseram agere desinam. Agite! Cedite e villa! Me vobis adiungam. Ego nihil metuo.“ Iam vadebant, theatra et templa cernebant, petebant Forum Romanum. Postquam eo venerunt, Gaius statuit: „Hic in Curia magnus Cicero olim dixit.“ Mox in Basilicam Iuliam prope sitam intraverunt, ubi consul C. Papirius modo causam egit. Verba eius audiebant: „Tu, nefarie, quid egisti? Dum Achaiam administras, eam cunctis fere artificiis privavisti, ne deorum quidem templis pepercisti. Antea nostri, postquam Graecos vicerunt, neminem in vincula miserant, neminem in servitium duxerant, neminem occiderant. Sed tu mala egisti, tu nomen Romanum polluisti. Proinde discede ex oppido! Discede ex Italia! Procul a Roma infesti te vincient, vulnerabunt te barbari, bestiae te occident. Numquam beatus eris, numquam tibi amici adesse poterunt. Ad inferos descendes, ubi poenas iustas dabis!“ Senatores applauserunt neque applaudere desierunt. Amici eis verbis vehementer commoti e basilica discesserunt. Marcus: „Profecto“, inquit, „consul dixit ut alter Cicero.“

Lektion 8

a) Einstiegstext

Civitas Romana sub imperatoribus per multos annos florebat. Pax enim toto imperio erat, bella in finibus imperii Romani non iam ardebant. Itaque timor calamitatum mentes civium non iam cruciabat. Nomen Romanum in omnibus partibus terrarum plurimum valebat. Sed vita hominum misera et tristis erat; aberat libertas. Consules et plurimi senatores civitatem ratione atque consilio administrabant, sed imperatori summa potestas erat.

Si quis novam religionem colere volebat aut libera voce orationem habebat, poenam gravem dabat. Nero se maxime acrem, atrocem, crudelem omnium imperatorum prae-buit. Is in Christianos crudeliter consuluit et philosophis Stoicis, qui libertatis causa tacere noluerunt, vehementer institit. Multi furore crudeli imperatoris occiderunt, multi fuga salutem petiverunt.

b) Lektionstext

In Via Appia hominem convenerunt. Gaius eum rogavit: „Quis es? Cur hic sedes tam tristis?“ Parva voce homo respondit: „Ego Christianus sum. Hic olim fratres mei in Christo propter religionem nostram vita decesserunt. Nam tum Nero, imperator valde crudelis, urbem incenderat. Dum viae, villae, theatra, templa ingentibus flammis ardent et iam magnae urbis partes incendio occidunt, imperator cum suis in turri alta sedebat et – quasi furore incitatus – finem Troiae cecinit. Animos et mentes omnium hominum timore iraque implevit. Quod autem plurimi Neroni culpam eius calamitatis attribuerunt, is pronuntiavit: ‚Christiani in culpa sunt. Proinde graviter in eos consulere statui.‘ – Profecto milites eius hic in Via Appia multos cruci affixerunt eos–que incenderunt, multos pellibus bestiarum indutos canes atroces dilaceraverunt. Tum ceteri Christiani urbem relinquebant fugaque salutem petebant, inter eos etiam Petrus, unus ex apostolis, cum subito miro modo Christus eis apparuit. Petrus eum rogavit: ‚Domine, quo vadis?‘ Is respondit: ‚Venio Romam iterum cruci figi.‘ Cito Petrus amore dei motus iter retro vertit in urbem, ubi poenam crucis dedit.“ Diu amici, dum domum vadunt, de Christianis disputabant.

Lektion 9

a) Einstiegstext

Marcus: „Romam certe omnium urbium maxime pulchram esse vidimus. Vos hīc bene et beate vivere scio, sed nos in hac urbe omnia satis spectavisse puto.“

Livia rogat: „Nonne scitis hanc urbem calamitate atra paene non iam exstare?“ – Tullia: „Cur hoc?“ – Gaius: „Gallos olim post illam atrocem pugnam Alliensem vi urbem intravisse et cives occidisse notum est. Reliquos Romanos in monte Capitolino, in arce urbis, salutem petivisse scriptores tradunt, sed hostes nocte illum montem ascendisse et canes fefellisse. Anseres autem Iunonis sacros clamore suo milites ex somno excitavisse constat. Milites Gallos cito oppressisse et de monte praecipitavisse lēgimus. Romani etiam hoc tempore illos anseres se et urbem suam servavisse gaudent.“

b) Lektionstext

Marcus: „Romanos etiam hodie libenter in ea loca venire legi.“ Tullia addit: „Scimus eos ibi se aquis calidis recreare velle et, ubi Pompeii sub cinere iacent, Vesuvium montem spectare.“ Et Marcus rogat: „Verumne est incolas ibi magnum in eum montem odium adhuc habere et de illa calamitate valde tristes esse?“ Livia respondet: „Ita est. Quanta miseria tum cives oppressit!“ – „Quid tandem illo tempore accidit?“ rogat Marcus. Gaius narrat: „Romae audivimus terram in illis locis per multos dies tremuisse, incolas e villis evasisse et in campo consedissee, quod periculum immensum imminere sentiebant. Subito e Vesuvio monte ignes et flammās maxima vi in altum erupisse et magnam nubem in caelum elatam esse constat. Ex hac nube ingentem copiam terrae et cineris decidisse et homines villasque tegisse notum est. Etiam audivi homines ad mare cucurrisse neque navibus evadere potuisse, sed mortem plurimos eorum in via oppressisse.“

Tum Livia: „Apud scriptorem legimus Plinium, illum virum humanitate et studio literarum praeditum, in animo habuisse et ceteris auxilium dare et studiorum causa hoc spectaculum cognoscere. Sed in nube magis magisque densa et fervida neminem iam spiritum ducere potuisse et postremo fumum etiam Plinium in fuga suffocavisse traditum est.“ Marcus: „Quam misere ille vir clarus occidit! Quam verum illud est: ‚Haec calamitas Romanis certe iterum dies ater fuit!‘“

Lektion 10

a) Einstiegstext

Hannibal, dum hostiae immolantur, a patre interrogatur: „Mi fili, cum Romanis pugnare cogor: Visne mecum in Hispaniam venire?“ Hannibal: „Libenter a te eō duci volo.“ Tum Hamilcar: „Ad magna impelleris!“ Simul Hannibal a patre ad aram adducitur. Ibi pater: „Qui hostes ubique maximi ducuntur?“ – „Romani!“ – „Cur ab eis semper bello petimur?“ – „Nescio.“ – Tum Hamilcar declarat: „Olim urbs Roma condita erat. Brevi post alienae nationes a Romanis petebantur, expugnabantur, debebantur. Etiam nos ab eis petiti sumus; defendere coacti sumus. Proinde iura: „Ego numquam Romanis amicus ero.“ – Statim filius deum vocat: „Numquam a me cum Romanis amicitia iungetur, sed legiones eorum a me plane superabuntur, urbs Roma vero armis circumvenietur et exstinguetur. Hoc iuro!“

b) Lektionstext

Ab Hannibale copiae Carthaginensium cum elephantis per fines Gallorum ductae erant; ea via enim Italiam petebant. Sed ingentes Alpium montes obstabant; in eos ascendere omnes a duce coacti sunt. Mox ad iugum Alpium perventum est, ubi omnia nivibus et saxis completa erant. Iam multi elephantis praecipitati erant, homines autem laboribus et periculis oppressi et corpore animoque fatigati erant. In oculis omnium militum desperatio videbatur; frustra a ducibus iter pergere impellebantur. Tum Hannibal hanc orationem habuit: „Ecce, commilitones, campi Italiae subter siti sunt. A vobis nunc moenia Italiae transcenduntur, mox moenia Romae transcendentur. Nunc a me propter virtutem laudamini, mox ab omnibus propter victoriam celebrabimini.“ Statim milites desperare desierunt et iter perrexerunt.

Proximis mensibus copiae cum reliquis elephantis ab Hannibale per Italiam ducebantur, ad Cannas cum Romanis pugnaverunt; ibi sedecim legiones Romanae victae planeque extinctae sunt. Postquam autem ea clades Romam nuntiata est, cives timore atque terrore perturbabantur, per vias currebant et clamabant: „Nos omnes perditum sumus. Duces nostri amissi sunt. Unde copiae recentes arcessi possunt? Quomodo servari possumus?“ Ubique anxius clamor audiebatur: „Hannibal ad portas!“ Profecto Hannibal Romam properavit, ubi nonnullos dies ante immensa urbis moenia manebat, sed magnitudine urbis commovebatur. Tandem infecta re discessit. Ita urbs Roma non virtute militum, sed auxilio deorum vel fortunae servata est.

Lektion 11

a) Einstiegstext

Caesar, cui non solum potestatis, sed etiam litterarum summum studium erat, aliquando nave cursum in Graeciam tenebat. Cuius navis in mari alto a piratis magno impetu oppressa est. Nautae sublatis sunt, Caesar autem, qui furorem piratarum non metuebat, illis audacter dixit: „Attendite! Fortasse nescitis Caesarem, cuius nomen ubique notum est, a vobis retineri. Postulate vero pecuniam pro me! Amici mei, qui Romae in senatu sedent, certe mihi auxilium dabunt.“ Profecto illi Caesarem e manibus piratarum liberaverunt. Qui postquam libertatem recuperavit, inde celeriter cum parte exercitus sui ventis secundis et certo cursu ad ea loca navigavit, in quibus piratae erant. Qui eius adventum numquam exspectaverant; itaque brevi a Caesare victi et sine venia cruci affixi sunt.

b) Lektionstext

A Brundisio Romani aestate in Graeciam navigare solebant, quae provincia imperii Romani erat. Marcus et Tullia, qui, postquam navem conscenderunt et litus reliquerunt, caelo sereno et solis fulgore gaudebant, se ventis secundis mox Athenas, illam urbem, quam omnes caput litterarum et humanitatis putabant, visere posse sperabant. Dum autem se otio dant, in caelo nubes magis magisque atrae apparebant. Tempestatem timebant, qua saepe naufragia accidere sciebant. Oculos anxii ad caelum tollebant. Subito unus e nautis magna voce clamavit: „Attendite! Duae naves celeriter appropinquant. In quibus piratas esse sentio. Cursum ad nos tenent!“ Itaque nautae a duce navis statim moniti sunt: „Ad arma! Nemini licet arma ponere!“

Profecto erant piratae. Qui ubi navem Romanam maximo impetu ascenderunt et in nautas ruerunt, ingens tumultus erat. Iam piratae et nautae acriter pugnabant, brevi ubique corpora mortuorum iacebant. Marcus et Tullia autem, qui perterriti in angulo navis latebant, cogitabant: „A quo servabimur?“ Deum maris orabant: „O Neptune, da nobis auxilium!“ Nautae impetum piratarum non iam sustinere poterant, cum subito e caelo fulmen atrox in alteram navem incidit; quae statim arsit. Qua de causa piratae pugnare desierunt et secunda nave fuga salutem petiverunt. Ita ii, qui paene iam victores erant, a Iove, fratre Neptuni, calamitatem gravem acceperunt.

Lektion 12

a) Einstiegstext

Iam temporibus antiquis iuvenes virtutes suas probantes certamina commiserunt. De victoria pugnabant cito currentes, in longum salientes, hastas iactantes. Fortiores et meliores quam ceteri esse volebant. Etiam in curribus stantes equosque maxima voce incitantes alii alios superare studebant. Certamina hominibus spectantibus maiori gaudio, iuuenibus pugnantibus ampliori gloriae erant.

Plurimis quidem vehementissime contendentibus victoria numquam contigit, sed victori in patriam suam venienti multitudo applausit. Nomina athletarum vincentium a poetis, qui saepe ipsi athletas pugnantes viderant, carminibus memoriae tradita sunt. Etiam apud deos ipsos viri robustiores – ut Hercules – fortissimos se praebentes in magno honore erant. Victores ubique summa laude digni erant.

b) Lektionstext

In raeda sedentes celerrime Olympiam contenderunt. Ibi advenerunt eo ipso tempore, quo Graeci undique eo confluentes ludos Olympios agebant. Iam maxima multitudo spectantium aderat. Cum paucis prope stantibus Marcus de ludis lingua Latina disputabat: „Cur“, inquit, „tot homines ex omnibus partibus Graeciae huc convenientes quietissimi ludis intersunt?“ Unus ex illis: „Quia in ludis pacem esse oportet. Immo etiam athletae ipsi apud iudices ludorum iuraverunt: ‚Leges Olympias sincere et fide servabimus.‘“ – „Quid vincentibus praemio praebetur?“ – Alius dixit: „Victoribus corona laurea vel ramus olivae datur. Potissimum autem est: Domi cives victores summis laudibus tollunt eisque per totam vitam cibos gratis praebebunt. Olympionica enim patriae suae semper maiori gloriae erit.“ Tum Marcus: „Nunc intellego causam tanti ardoris virorum arte et labore de victoria pugnantium!“ Subito Tullia clamavit: „Finite colloquium! Certamina mihi plus placent quam verba. Ecce, quam fortiter athletae contendunt, alii cito currentes, alii in longum salientes, alii quadrigas regentes! Quam diu se laboribus pugnae dant, dum unus postremo victor erit!“ – Tum unus ex prope stantibus: „Aliquando duo pugnatore cunctis viribus contendentes in multam noctem certaverunt, tamen neuter eorum vicit. Ita corona laurea contigit Iovi ipsi, patrono Olympiorum.“

Lektion 13

a) Einstiegstext

Diu secum cogitavit: „Iunone in me odium habente iam multos difficillimos labores sustinere debui. Magna mandata et beneficia peregi cunctis hominibus me ob ea laudantibus, sed Eurystheo regi numquam satis est.

Iure me regem Mycenis esse oportet. Sed Iunone, illa aspera muliere Iovis, prohibente non mihi, sed Eurystheo regnum datum est. Eurystheo autem rege ego in servitio esse debeo. Eo auctore nunc ubique monstra atrocissima tollere tempto. Nonne tot ingentibus bestiis sublatis iam multae regiones periculis liberatae sunt? Tot monstris victis tamen liber non sum. Duodecim mihi labores mandatos esse non ignoro. Fortem me praestare non desinam. Fortasse athletic aliquando exemplo ero.“

b) Lektionstext

In Elide, ubi Olympia sita est, olim Augias regnabat. Ei maximae greges armentorum erant. Quorum in stabulo rex copiam stercoreis altissime crescentem vidit servis non laborantibus. Hominem deis non adiuvantibus tam ingentem copiam tollere non posse agnovit auxiliumque ab Eurystheo petivit. Itaque Eurystheus Herculi imperavit: „Curre in Elida! Veni Augiae regi auxilio! Purga stabulum eius stercore!“ Ergo Hercules mandatis difficilibus aut vi aut prudentia modo peractis statim in eam regionem rege auctore festinare debuit. Sole occidente iam procul stabulum plenum stercore esse et armenta extra stabulum iacere vidit. In via constitit secum cogitans: „Quomodo hunc laborem difficillimum praestare potero?“ Minerva dea suadente subito ei consilium utile in mentem venit. Vidit enim Alpheum fluvium prope stabulum fluentem. Quo fluvio circumducto aquam eius in stabulum duxit omnibus portis apertis. Tum sub arbore consedit, dum aqua omne stercus lente e stabulo sustulit. Stercore una nocte e stabulo sublato Hercules iterum ad Eurystheum festinavit eique dixit: „Laborem peregi. Stabulum purgavi. Augiam curis liberavi nullo me adiuvante.“ Eurystheus autem labore ab Hercule prudentissime peracto tamen ira motus nihil respondit. Compererat enim non Herculem ipsum, sed aquam fluminis stabulum purgavisse.

Lektion 14

a) Einstiegstext

Priamo, regi Troiae, vates olim dixit: „Paris, filius tuus, urbi nostrae perniciet erit. Proinde da operam, ne eum nimis ames, sed ut eum tollas!“ Deinde rex custodibus imperavit: „Curate, ut puerum ex urbe portetis et in Ida monte exponatis.“ Ibi pastor quidam expositum invenit et cogitavit: „Timeo, ne laedi aut necari possit. Opto, ut vivat et adulescat.“ Postea, cum Paris iuvenis esset, Iuno, Venus, Minerva de pulchritudine certabant. Quare Mercurius ab eo postulavit: „Dic, quae dea a te formā pulcherrima iudicetur!“ Quia Venus Helenam promisit, hanc deam ceteris anteposuit, ut illa sibi dono daretur. Cum autem coniunx Menelai esset, Paris eam raptavit. Sed Graeci Menelao duce classe ingentissima in Asiam navigaverunt, ut Troiani poenas darent. Ita accidit, ut illud magnum bellum gereretur.

b) Lektionstext

Cum Graeci iam decem fere annos urbem Troiam frustra obsiderent, Achilles ob iniuriam quandam iratus recusavit, ne pugnae interesset. Sed Patroclo amico eius in pugna necato tanto dolore commovebatur, ut ira in furorem mutaretur. Ita clamavit: „Summam operam dabo, ne Hector superbissimus impune vivere possit. Postulo, ut inter nos duos proelium committatur. Tum apparebit, uter viribus maior sit.“ Profecto Achilles et Hector – viribus pares – inter se acerrime pugnabant; postremo Hector fuga salutem petivit. Achilles autem adversarium ter circa moenia urbis egit eumque comprehensum crudelissime cecidit adeo furore incensus, ut corpus eius circa sepulcrum Patrocli saepius trahi iuberet. Priamus autem, postquam filium cecidisse et insepultum in campo iacere audivit, nocte in castra Graecorum contendit, ut ipse Achillem conveniret. Quem in tabernaculo eius ita appellavit: „O Achilles, non rex, sed pater ad te veni. Supplex te oro, ut patris tui memor sis. Cogita, quam duro fato ego premar! Filium amisi! Ex animo te peto, ut corpus eius mihi reddas. Nefas enim est mortuum non sepeliri.“ Achilles autem manum senis comprehendens: „Tu quidem gentem hostium regis, sed, cum me de patre meo admoneas, sponte tibi filium mortuum reddam. Recte me mones, ne leges deorum neglegam. Cura, ut corpus filii tui curru in urbem portetur et in patria magno cum honore sepeliatur!“

Lektion 15

a) Einstiegstext

Aliquando Thales Milesius, homo magno ingenio, vespere ambulat. Ad caelum spectans cogitat, quid ibi accidat, quomodo astra moveantur, qua ex causa ordo mundi genitus sit. Cum autem subito in puteum ceciderit, serva illum irridet rogans, cur semper oculos ad caelum tulerit neque cognoverit ea, quae ante pedes sunt. Hodie nemo dubitet, quin ille primus philosophus fuerit. Tum enim rogatus, qua ex materia omnia genita essent, aquam principium omnium esse dixit, et rogatus, a quo haec omnia ficta essent, affirmavit deum esse mentem, quae ex eadem aqua cuncta finxisset. Talia dicentem cives eum, cum multa et necessaria invenisset, tamen hominem ineptum putabant. Ibi etiam alii viri sapientes exstiterunt, qui dixerunt: „Ne credamus Thali! Nostra sententia differat ab eius doctrina! Cur non putes ignem vel aërem principium omnium?“

b) Lektionstext

Heraclito, cum nobili genere natus esset, ceteri cives tanto odio erant, ut eos talibus verbis increparet: „Ne credideritis vos prudentes esse! Cum vestra stultitia plane aperta sit, cur vobiscum vivam et disputem? A vobis, homines nequissimi, postulo, ut vos cunctos ex arboribus suspendatis et civitatem liberis committatis!“ Tum discessit. Heraclitus solus per agros migrabat naturam ratione ita observans: „Quae causa affertur, cur cuncta semper mutata sint semperque mutantur? Non bis descendas in idem flumen. Manet quidem nomen fluminis, sed manifestum est aquam in eo tam celeriter praeterfluere, ut numquam eadem aqua ad pedes feratur.“ Haec cognitio causa erat, cur Heraclitus dixisset: „Cuncta fluunt.“ Hanc aeternam commutationem cunctorum quasi immortalem legem naturae esse et ignem signum huius commutationis et principium naturae esse docuit. Etiam totam naturam e contrariis constare dixit velut e die et nocte aut e vita et morte. Et affirmavit: „Si haec contraria semper inter se pugnant, si semper concordia et discordia regnant, vere dicas: „Bellum pater cunctorum est.“ Cum autem omnes sententiae ab eo tam gravibus verbis pronuntiatae essent, ut a turba comprehendi non possent, ille vir „obscurus“ appellabatur. Nostra quidem aetate nemo dubitet, quin Heraclitus in clarissimis philosophiae ducibus numeretur.

Lektion 16

a) Einstiegstext

Olim Persae copiis ingentibus Graecos subicere temptaverunt. Iam classis eorum Athenas adibat. Tum Miltiades exercitui imperavit: „Ite ex urbe! Facite castra ad Marathonem, ubi locus magis idoneus est. Nam si montes alti equos hostium arcebunt, a multitudine hostium claudi non poteritis.“ Secum cogitabat: „Nisi prudentissimus est, Datis consilium meum non perspiciet. Persas vincere maxime cupio, etiamsi eis centum milia militum sunt.“ Profecto a Date pugna in campo coepta est, cum Athenienses numero militum pares non esse crederet. Illi autem Persas ita despexerunt, ut sine timore in eos ruerent. Persae perterriti fugerunt et in naves redierunt; tamen plurimi eorum perierunt. Cum Persae cladem gravem accepissent, victoria a nuntio cursim Athenas nuntiata est. Sic illa urbs neque capta neque rapta est, sed magnam victoriam peperit.

b) Lektionstext

Persae post decem annos iterum Graeciam subicere temptaverunt. Xerxes, postquam copias suas ex Asia in Europam traiecit et in Hellesponto coegit, eas modo inspiciebat, cum Demaratus Graecus, qui in exercitu eius militabat, eum adiit. Rex superbia motus illum rogavit: „Demarate, aspiciasne immensam militum meorum multitudinem? Num Graeci umquam de tanta copia hostium victoriam pepererunt? Nonne prius fugient?“ Demaratus autem respondit: „Mi domine, ut verum discas: Graeci certe tibi resistent, quod virtus eorum in prudentia et libertate posita est. Libertatis causa, quamquam pauci sunt, tot milia militum tuorum despicient. Ad pugnam parati erunt, etiamsi peribunt.“ Tamen Xerxes celerrime Athenas terra marique petere coepit. Impetu eius nuntiato cives perterriti clamaverunt: „Persae veniunt! Quomodo hostes ab urbe arceamus?“ Nuntio Delphos misso hoc oraculum editum est: „Defendite vos muris ligneis!“ Nemo hoc responsum perspexit nisi Themistocles, qui tum Atheniensibus praeerat. Qui imperavit, ut ex urbe fugerent et in insulas irent. „Muri lignei“, explicavit, „sunt naves. In eis nos a Persis defendere poterimus. Facite hoc, si deis adiuvantibus salvi esse cupitis!“ Profecto urbe a Persis capta, incensa, deleta Graeci victoriam pepererunt. Themistocles prudenter fecit, quod in angusto mari inter Salamina insulam et continentem sito parvas triremes Graecorum contra naves longas Persarum pugnare iussit. Ibi multitudo navium Persarum se explicare non potuit et periit. Xerxes victus est magis consilio Themistoclis quam armis Graeciae. Sic unius viri prudentia Graecia liberata est.

Lektion 17

a) Einstiegstext

Themistocles prudentissime agendo non solum sibi, sed etiam Atheniensibus maximam gloriam pepererat. Postea imprimis Pericles arte dicendi et administrandi cives ad concordiam necessariam et ad civitatem liberam duxit. Non solum ad urbes subiciendas, sed etiam ad magna aedificia exstruenda parati erant. Sic res publica libera crevit. Pericles autem sapienter nuntiavit: „Libertas virtute servanda est! Etiam leges omni die cum fide observandas, numquam neglegendas esse statuo.“ Illis temporibus sola urbs Lacedaemoniorum, in Peloponneso sita, Athenis par erat. Ibi cives disputabant: „Victoria Atheniensium toleranda non est. In acie cum illis de imperio Graeciae certandum est. Omnis spes nobis in nostra virtute ponenda est.“ Profecto mox bellum atrox coeptum est, in quo plurimae res pessimae gerebantur.

b) Lektionstext

„Spectate deorsum, hospites Romani! Ibi olim Socrates philosophus ambulavit, qui examinando et quaerendo animos civium excitavit. Omnibus diebus eo venit ad disputandum cum iuvenibus de rebus humanis et divinis. Ipse se civem bonum praebuit fortiter in acie pugnando et officia in consilio populi cum fide explendo. Neque magistratum suscipere cessavit. Imprimis autem se ad homines docendos natum esse putavit. In sermonibus eis philosophis restitit, qui cursu stellarum observando leges naturae perspicere statuerant. Id ad vitam bene agendam et ad rem publicam recte administrandam necessarium non esse dixit. Haec docuit: ‚Caelum inspiciendum non est neque stellae observandae sunt. Ea vero, quae ad hominem pertinent, philosopho quaerenda sunt: Quid facit hominem bonum et beatum, quid iustum et honestum? Quid est fides, virtus, pietas? Quis homo humanus appellandus est?‘ Iure Cicero, ille Romanorum philosophus, scripsit: ‚Socrates primus philosophiam devocavit e caelo et in urbibus collocavit et in domos introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere.‘ Socrates etiam vocem divinam – quasi adiutricem in rebus bonis et malis discernendis – in animo hominis esse docuit. Itaque Athenienses eum accusaverunt, quod iuvenes ignaros corrumperet et deos neglegeret, et capitis damnaverunt. Cum autem ei occasio fugiendi data esset, tamen sibi fugiendum non esse statuit. Fugere enim contra leges et contra doctrinam suam esse sensit. Omnem vero spem in immortalitate animi posuit, ut poculum veneni bono animo potaret.

Lektion 18

a) Einstiegstext

Lacedaemonii mox copiis suis Athenas adibant urbem celeriter expugnaturi. Athenienses autem urbem muris firmis circumdederunt hostes prohibitori. Sed subito intra muros pestis tam atrox saevire coepit, ut plurimi cives perirent, inter eos etiam Pericles. Eius locum alii viri tenebant, in quibus etiam erat Alcibiades, iuvenis nobilis, et in virtutibus et in vitiis praestans. Is propter scelus accusatus ex urbe fugit, patriam reliquit, ad hostes transfugit, quod ita inimicos suos perituros esse putavit. Sed Alcibiades brevi etiam Lacedaemoniis odio esse videbatur. Itaque in Asiam fugit inde in patriam rediturus. Ibi a civibus iterum cum gaudio acceptus esse dicitur. Postremo autem Lacedaemonii victoriam pepererunt. Tum triginta tyranni Athenas oppressas tenebant.

b) Lektionstext

Bello Peloponnesiaco finito triginta tyranni urbem Atheniensium servitio oppressam tenebant, sed multi libertatem in urbem redituram esse sperabant. Omnes cives autem, qui civitati liberae favebant, vel expulsi vel exstincti erant. In numero eorum erat Thrasybulus, vir summae iustitiae et belli gerendi maxime peritus. Qui voluntate libertatis recuperandae motus consilium cepit, ut illi tyranni expellerentur. Triginta viros pariter libertatis amantes clam in castello coegit. Qui firma societate inter se coniuncti iuraverunt se omnibus viribus pro patria pugnatos esse. Hoc fuit initium salutis Atheniensium, hoc robur libertatis. Mox Thrasybulus cum suis nocte Athenis appropinquavit tyrannos eorumque socios subito impetu oppressurus. Illis victis et expulsis civitas libera restituta esse videbatur, sed cum in urbe optimates et populares inter se dissentirent, immo se caede atroci perdere pararent, Pausanias venit Thrasybulo auxilium daturus. Athenienses lege iussi sunt omnia scelera antea commissa oblivisci. Id se facturos esse cuncti promiserunt. Ita concordia inter cives facta est, Thrasybulus non solum patriae, sed etiam omnibus spem fecit civitatem liberam et Athenis et tota Graecia semper futuram esse. Qua re Thrasybulus a civibus magnis honoribus affectus est. Postea autem exercitum in Ciliciam duxit ibique a barbaris occisus esse dicitur.

Lektion 19

a) Einstiegstext

Caesar cum Galliam expugnasset, Italia potiri conabatur. Iam ad Rubiconem fluvium pervenit. Neque hanc legem ignorabat: „Nulli imperatori cum exercitu hunc finem transgredi licet. Alioqui hostis putatur. Ex quo sequitur, ut bellum civile oriatur.“ Itaque diu morabatur secum cogitans: „Si fortunam experiar, aut cladem patiar et moriar aut dominus omnium terrarum fiam.“ Cunctanti autem omen fit. Iuvenis apparet et tuba canens ad flumen proficiscitur. Tum Caesar arbi-tratus id omen optimum esse ad suos locutus esse dicitur: „Alea iacta est. Dei nobis favere videntur. Hortor vos: Audeamus hanc rem! Ne vereamur!“ Statim omnes flumen transgressi Romam profecti sunt, ut urbem aggredere-ntur eaque potirentur. Ita factum est, ut atrocissimum bellum civile de imperio Romano oriretur.

b) Lektionstext

Sole oriente Caesariani et Pompeiani in aciem progredi coeperunt. Omnes vero tanto studio pugnandi ardebant, ut brevi pugna atrocissima oreretur. Sed consilio Caesaris factum est, ut milites eius mox superiores se praestarent plurimique Pompeianorum morerentur. Reliqui ex acie fugerunt atque in castra sua reverterunt. Pompeius, ubi copias suas pul-sas esse vidit, neque sibi neque suis confisus ipse in castra se contulit. Ibi cum militibus, qui in statione versabantur, sic locutus est: „Tuemini castra! Ne veriti sitis rem nostram diligenter defendere!“ Tum in tabernaculum se recepit secum haec cogitans: „Morer hic eventum pugnae exspectans an fuga salutem petere audeam?“ Interea Caesar, cum Pom-peianos perturbatos esse cognovisset, suos hortatus est, ut beneficio fortunae uterentur et castra Pompeii occuparent. Paulo post Caesariani vallum transgressi intra castra versa-bantur. Pompeius autem, ubi magnam caedem suorum fieri cognovit, rem perditam esse arbitratus statim equum nactus est, insignibus militaribus imperatoris detractis celerrime Larisam contendit. Inde nave in Aegyptum pervenire conabatur. Sed a rege Aegyptiorum legati ad eum necandum ad litus missi erant. Ibi Pompeius miserrime mortuus est. Cuius caput praecisum Alexandriae Caesari, qui eum persecutus erat, traditum est. Quod cum aspexisset, ille, ut non solebat, lacrimas dedisse dicitur. Neque enim Caesarem de inho-nesta morte eius viri gavisum esse apparet, qui iam vivus Magnus appellatus erat.

Lektion 19 (mit allen Textmarkierungen)

[Sole oriente] Caesariani et Pompeiani | in aciem progredi | coeperunt. Omnes vero | tanto studio pugnandi | ardebant, (ut brevi | pugna atrocissima | oreretur). **Sed** | consilio Caesaris | factum est, (ut milites eius | mox superiores | se praestarent | plurimique Pompeianorum | morentur). Reliqui | ex acie | fugerunt atque | in castra sua | reverterunt. Pompeius, (ubi | copias suas pulsas esse | vidit), **neque** sibi | **neque** suis | confusus | ipse | in castra | se contulit. **Ibi** | cum militibus, (qui | in statione | versabantur), **sic** locutus est: „Tuemini castra! Ne veriti sitis | rem nostram | diligenter defendere!“ **Tum** | in tabernaculum | se recepit | secum | haec cogitans: „Morer | hic eventum pugnae expectans | **an** | fuga salutem petere audeam?“ **Interea** Caesar, (cum | Pompeianos perturbatos esse | cognovisset), suos | hortatus est, (ut | beneficio fortunae | uterentur et | castra Pompeii | occuparent).

Paulo post | Caesariani | vallum transgressi | intra castra | versabantur. Pompeius autem, (ubi | magnam caedem suorum fieri | cognovit), rem perditam esse | arbitratus | statim | equum nactus est, [insignibus militaribus imperatoris detractis] celerrime | Larisam contendit. **Inde** | nave | in Aegyptum | pervenire conabatur. **Sed** | a rege Aegyptiorum | legati | ad eum necandum | ad litus | missi erant. **Ibi** | Pompeius | miserrime mortuus est. Cuius caput praecisum | Alexandriae | Caesari, (qui | eum persecutus erat), traditum est. (**Quod** | cum aspexisset), ille, (ut non solebat), lacrimas dedisse | dicitur. **Neque enim** | Caesarem | de inhonesta morte eius viri | gavisum esse | apparet, (qui iam vivus | Magnus appellatus erat).

Lektion 19 (nach Handlungsschritten gegliedert)

[Sole oriente]

Caesariani et Pompeiani | in aciem progredi | coeperunt.

Omnes vero | tanto studio pugnandi | ardebant,

(ut brevi | pugna atrocissima | oreretur).

Sed | consilio Caesaris | factum est,

(ut milites eius | mox superiores | se praestarent |

plurimique Pompeianorum | morentur).

Reliqui | ex acie | fugerunt

atque | in castra sua | reverterunt.

Pompeius,

(ubi | copias suas pulsas esse | vidit),

neque sibi | **neque** suis | confisus |

ipse | in castra | se contulit.

Ibi | cum militibus,

(qui | in statione | versabantur),

sic locutus est:

„Tuemini castra!

Ne veriti sitis | rem nostram | diligenter defendere!“

Tum | in tabernaculum | se recepit |

secum | haec cogitans:

„Morer

| hic eventum pugnae expectans |

an | fuga salutem petere audeam?“

Interea Caesar,

(cum | Pompeianos perturbatos esse | cognovisset),

suos | hortatus est,

(ut | beneficio fortunae | uterentur

et | castra Pompeii | occuparent).

Paulo post | Caesariani | vallum transgressi |

intra castra | versabantur.

Pompeius autem,

(ubi | magnam caedem suorum fieri | cognovit),

rem perditam esse | arbitratus |

statim | equum nactus est,

[insignibus militaribus imperatoris detractis]

celerrime | Larisam contendit.

Inde | nave | in Aegyptum | pervenire conabatur.

Sed | a rege Aegyptiorum | legati |

ad eum necandum |

ad litus | missi erant.

Ibi | Pompeius | miserrime mortuus est.

Cuius caput praecisum | Alexandriae | Caesari,

(qui | eum persecutus erat),

traditum est.

(**Quod** | cum aspexisset),

ille,

(ut non solebat),

lacrimas dedisse | dicitur.

Neque enim | Caesarem | de inhonesta morte eius viri | gavisum esse | apparet,

(qui iam vivus | Magnus appellatus erat).

Lektion 20

a) Einstiegstext

Pompeio mortuo Caesar consilium cepit, ut etiam regno Parthorum potiretur. Saepe enim indignabatur, quod ab eis exercitus Romanus Crasso duce victus perditusque erat, eamque calamitatem ulcisci studebat. Sed priusquam profectus est, Idibus Martiis senatus in curiam Pompei edictus est. In quo sexaginta senatores, qui, cum eis res publica libera cordi esset, nomen regis oderant, Caesarem per insidias tollere voluerunt. Is autem, cum prodigiis monitus esset, ne domo egrederetur, tamen in curiam profectus est. Vix in sella curuli consederat, cum coniuratores Caesarem aggressi pugionibus occidere conati sunt. Eum vero esilentem et clamantem „Ista quidem vis est!“ trucidaverunt. Dum omnes e curia fugiunt, Caesar mortuus diu prope statuam Pompei humi iacebat. Postremo servi eum domum rettulerunt.

b) Lektionstext

Cum Augustus Marcum Antonium ad Actium vicisset, post viginti annos bella civilia finita sunt. Postremo cum ille ex Hispania Galliaque – rebus in eis provinciis prospere gestis – Romam revertisset, senatus pro reditu eius Aram Pacis consecrandam esse censuit simulque decrevit, ut templum Iani Quirini, quod maiores tum clausum esse voluerunt, cum per totum imperium pax parta esset, tandem clauderetur. Cum autem summa frumenti inopia esset, Augustus curavit, ut universam civitatem metu et periculo liberaret; nam eo principe semper provisum est, ne cives pane et circensibus careant. Re publica vero legibus ac moribus restituta et finibus imperii firmis stationibus munitis cives Romani rebus contenti vitam agebant. Quis feliciora tempora meminerat? Quis meliorem statum civitatis noverat?

Aliquando autem princeps, ut solebat, post cenam quieti se dabat, cum a nuntio e Germania malum nuntium referente e somno excitatus est. Qui nuntiavit: „Quinctilius Varus, cum minime veritus, ne quid mali accideret, copias suas in fines Germanorum duxisset, in insidias incidit. Quo factum est, ut ille ipse et tres legiones vincerentur et magna caede facta plane trucidarentur.“ Quod ut Augustus audivit, amens manus ad caelum tendens locutus est: „O Iuppiter, fac, ut hanc calamitatem feram!“

Lektion 20 (mit allen Textmarkierungen)

(**Cum** Augustus | Marcum Antonium | ad Actium | vicisset), post viginti annos | bella civilia | finita sunt. (**Postremo cum** | ille | ex Hispania Galliaque – [rebus | in eis provinciis | prospere gestis] – Romam revertisset), senatus | pro reditu eius | Aram Pacis consecrandam esse | censuit | **simulque decrevit**, ¹(**ut** templum Iani Quirini, ²(**quod** | maiores | tum clausum esse | voluerunt)², ³(**cum** | per totum imperium | pax parta esset)³, tandem clauderetur)¹. (**Cum autem** | summa frumenti inopia | esset), Augustus curavit, (**ut** | universam civitatem | metu et periculo | liberaret); **nam** | eo principe | semper | provisum est, (**ne** | cives | pane et circensibus | carerent). [Re publica | vero | legibus ac moribus | restituta] **et** [finibus imperii | firmis stationibus | munitis] cives Romani | rebus contenti | vitam agebant. Quis | feliciora tempora | meminerat? Quis | meliorem statum civitatis | noverat?

Aliquando **autem** | princeps, (**ut** solebat), post cenam | quieti se dabat, (**cum** | a nuntio | e Germania | malum nuntium | referente | e somno | excitatus est). Qui nuntiavit: „ Quinctilius Varus, ¹(**cum** | minime veritus, ²(**ne** | quid mali | accideret)², copias suas | in fines Germanorum | duxisset)¹, in insidias | incidit. **Quo** | factum est, (**ut** ille ipse | **et** tres legiones | vincerentur et [magna caede | facta] plane trucidarentur).“ (**Quod ut** Augustus | audivit), amens | manus | ad caelum | tendens | locutus est: „O Iuppiter, fac, (**ut** | hanc calamitatem | feram!)“

Lektion 20 (nach Handlungsschritten gegliedert)

(**Cum** Augustus | Marcum Antonium | ad Actium | vicisset),
post viginti annos | bella civilia | finita sunt.

(**Postremo cum** | ille | ex Hispania Galliaque

– [rebus | in eis provinciis | prospere gestis] –

Romam revertisset),

senatus | pro reditu eius | Aram Pacis consecrandam esse | censuit |
 simulque decrevit,

¹(**ut** templum Iani Quirini,

²(**quod** | maiores | tum clausum esse | voluerunt)²,

³(**cum** | per totum imperium | pax parta esset)³,
tandem clauderetur)¹.

(**Cum autem** | summa frumenti inopia | esset),

Augustus curavit,

(**ut** | universam civitatem | metu et periculo | liberaret);

nam | eo principe | semper | provisum est,

(**ne** | cives | pane et circensibus | carerent).

[Re publica | vero | legibus ac moribus | restituta] **et**

[finibus imperii | firmis stationibus | munitis]

cives Romani | rebus contenti | vitam agebant.

Quis | felicitiora tempora | meminerat?

Quis | meliorem statum civitatis | noverat?

Aliquando **autem** | princeps,

(**ut** solebat),

post cenam | quieti se dabat,

(**cum** | a nuntio | e Germania | malum nuntium | referente |

e somno | excitatus est).

Qui nuntiavit:

„ Quinctilius Varus,

¹(**cum** | minime veritus,

²(**ne** | quid mali | accideret)²,

copias suas | in fines Germanorum | duxisset)¹,

in insidias | incidit.

Quo | factum est,

(**ut** ille ipse | **et** tres legiones | vincerentur et

[magna caede | facta]

plane trucidarentur).“

(**Quod ut** Augustus | audivit),

amens | manus | ad caelum | tendens |

locutus est:

„O Iuppiter, fac,

(**ut** | hanc calamitatem | feram!)“